

CONCILIUM LATINUM LODZIENSE XVI

Dilecti Latinitatis cultores,

cum – ob idem virus coronatum – alterum iam annum congregari nobis non licet, societatis Vestrae cupidi ausi tandem sumus Concilium Latinum XVI per interrete peragere. Fiet autem **die 29-o m. Maii A.D. MMXXI** (qui est dies Saturni), titulo eodem ac anno superiore propositus erat:

Animantis naturae utriusque communitas

Hoc inter concilium de omni natura animante tractabitur, id est de omnibus iis quae spirare ac per se moveri possunt, sive loquentibus sive nullius sermonis voces edentibus, praecipue autem de bestiarum hominumque diversi generis connexionibus, cum alii aliis sint aut saluti et auxilio aut impedimento damnoque, ac nonnumquam etiam periculo. Studio nobis erunt imprimis bestiae bestiolaequae ferae, at praeter illas quoque domita pecudum genera, non tantum earum quae in stabulis pratisque vitam degunt, sed etiam quae temporibus una cum hominibus actis familiares nobis factae sunt. Quae omnia tractatu digna visa sunt hanc ob causam, quod tali adversus animantia cetera reverentia, quae per aetates nulla fere fuit et nonnullis usque aliena remansit, magna ex parte omnium nostrum humanitas confirmatur.

Quod concilium habebitur in foro interretiali „MS Teams”, quam ob rem necesse est nomina dent participes omnes, non solum verba facturi. Eis qui nomina dederint, invitationes electronicae mittentur.

Si quis quoddam ad rem pertinens proferre velit, brevis sermonis titulum mittat ad Sbigneum Danek aut ad Annam Maciejewska (vide infra) usque ad Kalendas Maias. Quem terminum quaesumus strictissime observetis, ut de rerum dispositione ad tempus decerni possit.

Si quid praeterea scire vultis, interrogandi sunt:

Z. Danek (zbigniew.danek@uni.lodz.pl), A. Maciejewska (anna.maciejewska@uni.lodz.pl).

Z przyjemnością informujemy, że dnia **29 maja 2021 r.** (sobota) odbędzie się szesnasta konferencja z cyklu *Concilia Latina Lodziensia*. Z powodu pandemii będzie ona internetowa, a jej temat – zaproponowany już w ubiegłym roku – to:

Tematem obrad będą wszystkie stworzenia żywe, do których odnosi się łaciński termin *animantia*, czyli istoty oddychające i poruszające się, czy to obdarzone mową, czy też nie, a dokładniej rzecz ujmując, rozmaite relacje między zwierzętami a ludźmi, skutkujące bądź korzyścią, bądź szkodą lub nawet zagrożeniem dla jednej lub obu stron. Przedmiotem zainteresowania będą zarówno zwierzęta dzikie, jak i udomowione – tak gospodarskie, jak te, które towarzysząc ludziom na co dzień stają się pełnoprawnymi członkami rodzin. Do podjęcia tego tematu skłania nas fakt, że poszanowanie wobec braci mniejszych, choć przez wieki mało komu leżało na sercu, a i dziś niejednego pozostawia obojętnym, w niemałym przeciwieństwie stopniu odzwierciedla i potwierdza naszą własną ludzką godność.

Spotkanie odbędzie się na platformie internetowej MS Teams, dlatego też niezbędne są zgłoszenia od wszystkich uczestników, nie tylko prelegentów. Osobom zgłoszonym roześlemy zaproszenia.

Tytuły wystąpień (krótkich: ok. 10 minut) prosimy zgłaszać do 1 maja do dr Anny Maciejewskiej lub prof. Zbigniewa Danki. Prosimy o dotrzymanie terminu, aby można było w porę ułożyć plan obrad. Obowiązuje język łaciński.

Dodatkowe informacje: